

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1858

Auteur(s) : Richard de Bellevue, Évreux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Marcilly-sur-Eure, Notre-Dame du Breuil-Benoît (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1228, 22 février

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard, évêque d'Évreux, notifie les chartes de Foulques de Marcilly et trois autres chevaliers dans lesquelles ils ont fait les donations et les concessions à l'abbaye Notre-Dame du Breuil-Benoît.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Xivrey Jules-Berger de, *Recherches historiques sur l'abbaye du Breuil-Benoît au diocèse d'Évreux*, Paris, Typographie de Firmin Didot Frères, 1847, Pièces justificatives, n° VIII, p. 122-123.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Ebroicensis, n° XVIII, col. 143-144.

Texte établi d'après b

Ricardus, divina permissione ecclesiae Ebroicensis minister humilis, universis praesentes literas inspecturis, salutem. Universitati vestrae notum facimus nos donationes et concessionem dilectorum filiorum Fulconis videlicet de Marcilleio, Goherii de Alneto, Johannis de Marcilleio, et Roberti de Ybreio militum in nostra diocesi constitutorum, et chartis suis expressas verbum ad verbum sicut inferius sunt notatae, diligenter inspexisse. Notum sit universis, quod ego Fulco dominus de Marcilleio, etc. quod ego Goherius de Alneto, etc., quod ego Johannes de Marcilleio, etc. quod ego Robertus dominus Iberii, dedi pro salute animae meae abbatiae beatae Mariae de Brolio, Cisterciensis ordinis, et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam eleemosynam, quidquid ego et antecessores mei in patronatu ecclesiae beati Petri de Marcilleio habueramus hereditate, jure aliquo, seu consuetudine; totum dictae abbatiae de Brolio concessi et tradidi ad habendum, tenendum et possidendum, et omnimodam voluntatem suam inde faciendam, absque ulla mei vel meorum retentione; volo etiam ut si praefata ecclesia de Marcilleio abbatiae supra dictae appropriata fuerit, omnes proventus qui exinde haberi poterunt, in vestiendis monachis expendantur, etc. Quia igitur dicta ecclesia de Marcilleio in nostra diocesi est sita, eleemosynam dictorum virorum commendabilem pariter et laudabilem et gratam habentes, dictae domui de Brolio ob favorem religionis jus patronatus ecclesiae memoratae, et ipsam ecclesiam persona decedente in usus proprios suos retinere concedimus, laudamus et auctoritate pontificali in perpetuum confirmamus, ita tamen quod dictae ecclesiae per vicarium idoneum faciant deserviri. Datum apud abbatiam de Strata, anno Domini M° CC° vigesimo septimo, nono calendas Martii.